

parati, nec multum sanè sæpe nar-  
 randum est. Est enim narratio præte-  
 ritarum rerum, aut præsentium: sua-  
 sio autem futurarum. Quare ad fi-  
 dem, & ad motum adhibenda est o-  
 mnis oratio. C. F. Quid in iudicijs,  
 quæ est collocatio? C. P. Non eadẽ ac-  
 cusatoris, & rei, quod accusator re-  
 rum ordinem prosequitur, & singu-  
 la argumẽta quasi hasta in manu col-  
 locata uehementer proponit, conclu-  
 dit acriter, confirmat tabulis, decre-  
 tis, testimonijs, accuratiùsq; in singu-  
 lis commoratur, perorationisq; præ-  
 ceptis, quæ ad incitandos animos ua-  
 lent, & in reliqua oratione paululum  
 digrediens de cursu dicendi, utitur,  
 & uehementius in perorando. Est e-  
 nim propositum, ut iratũ efficiat iu-  
 dicem. C. F. Quid faciendum est con-  
 tra reo? C. P. Omnia longe secus. Su-  
 menda principia ad beneuolentiam  
 conciliandam. Narrationes aut am-  
 putandæ, quæ lædunt, aut relinquen-  
 dæ, si totæ sunt molestæ. Firmamen-  
 ta ad